



segmentorum est  $P H O$  maius autem  $N H M$ ,  $\bar{q}$   $T H S$ .  
 Reliquorum igitur segmentorum contra minimum est  $O$   
 $K P$ . minus autem  $M K N$ , quam  $S K T$ .

His ita demonstratis quoniam singulis segmentis  
 Eccentrici  $P H O$ ,  $N H M$ ,  $T H S$ , & reliquis horum  $O$   
 $K P$ ,  $M K P$ ,  $S K T$ , itemque semicirculis  $H O K$ ,  $K P$   
 $H$  congruunt, semicirculi concentrici, eo quod  $B$  centrū  
 eius est, Sol autem ex hypothesi æqualibus temporibus  
 æquales Eccentrici arcus conficit, maioremque arcum tar-  
 dius,  $\bar{q}$  minorem, manifestum est, quod solos duos semi-  
 circulos concentrici  $G D L$ , &  $L E G$  Sol perambulet di-  
 midiato anno, Reliquos autem omnes semicirculos, inæ-  
 qualiter, ac semper tardius apogeos, quam perigeos, ac  
 tardissime quidem omnium semicirculū concentrici  
 $E G D$ , quem medium dividit linea apogei, velocissime  
 autem reliquū ei oppositū  $D L E$ , quem medium divi-  
 dit linea perig. i, semicirculū autem  $F G C$ , a cuius me-  
 dio apogei, linea minus distat, tardius,  $\bar{q}$  semicirculū  
 $R G Q$ , a cuius medio eadem linea longius recedit. Con-  
 tra vero reliquorum vel oppositorum illis semicircu-  
 lorum.